

**M0000124: verso of dedication page from Thomas Geminus:  
Compendiosa...anatomiae delineatio (1545)**

**Publication/Creation**

18 July 1929

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/jqcc6vhf>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

christianum deceat, illud ter maximum creatoris artificium, eiusq; bonitatem, qui sic hominem condidit, ut nisi ipse sibi malum (naturali uitiae ratione neglecta) accersat, perpetuo incolumis sit uicturus. Tam enim secundum naturam, & ipsam partium harmoniam sunt creata omnia. Sed inde dictum medicorum uulgaris, haec non intelligens, sepe oleo incendium restinguere conatur. Atqui non sum interim rei theologicæ tam ignarus, ut existimem illam partium harmoniam esse perpetuum. Quare de naturali incolumitate differens, imprimis excipio communem uirium corporis humani defectionem, quam quisq; secundum suam periodum uelit nolit sentire debet. Mortales enim propter diuini præcepti transgressionem, sumus ad unum omnes. Regnatq; in pœnâ peccati, ea in nostris membris rebellio. Deinde excipio morbos nobis ingenitos: descendimus enim ex carnali nostrorum parentum generatione, cuius occasione sæpenumero fit ut etiam ex ipsis quos habent corporeos defectus contrahamus. Adeò ut & Hypocrates dicat, ἔχεται δὲ γόνος τε καὶ παιδὸς τοῦ σώματος, καὶ δέ τοῦ μητρὸς τὸν θυγατρὸν ὑγιένεαν ἀπὸ τοῦ τοσεγῶν νοσερόν. Hoc est, Quod semen a toto corpore profluit in procreatione foetus, & à membris sanis, semen sanum à membris uero languidis, semen languidum. Vnde ipse quidem plurimum demiror, quidnam Aristotelis in mentem uenerit ut negaret ab omnibus corporis partibus semen deriuari. Nonne liberis innata citur parentum suorum pulchritudo aut deformitas? Nonne quotidie experimur propagari certorum membrorum morbos in filios nostrâq; posteritatem unde satis adpareat seminis materia? & ab illis parentū membris esse ortam? Quid multis? Ipse hercule nonnullos noui, qui ex tota sua profapia, podagrici fuere. Atq; his præterea ingenitis morbis, addamus contagiosos: qui inficiuntur suo contactu, aut uicinitate. Semper enim aliquid mali, propter uicinum malum, ut sunt pestis, scabies, lepra, &c. Quorū & certa ratio reddi potest, sed singula persequi, non est huius instituti. Id demum nunc restat, ut hanc integrum perfectamq; Anatomen esse declarem. Collocemq; studiosis ob oculos, singulas partes, singularumq; partium propagines, & harmonias. Idq; per magnus (quas uocant) mercuriales, quae nobis erunt literæ alphabeticæ, ut doceant & nobis commōstrent singularum partium situs, figuræ atq; magnitudines. Quemadmodum uero sunt uaria, in corpore humano exteriora membra: & eorum singula, sua habent prescripta munera: oculi enim uident, aures audiunt, pedes ambulant &c. Ita interiora, sine quorum subsidio, cessant exteriora, sunt diligenter discutienda. Nisi enim essent foramina in ossibus temporum, quæ sunt meatus auditorius, aures frustra nobis patulæ essent. Proinde ijs obstructis, aures audire nequeunt. Simile quiddam datum est oculis, quandoquidem & hi frustra nobis patent, nisi esset iris ambiens pupilam, quæ ipsum oculi foramen est, quo species uisibiles recipiuntur, & in quo defixi sunt nervi optici, qui spiritus aduehant. In naribus autem, quod est organum olfactus, sunt duæ carunculae mammillares sub cerebro. Estq; odorum sensus, mortalibus datus, in confortatione cerebri: quod porro quum sit natura humidu ac frigidu, per nares excernit suas superfluitates. Hæc igitur cæteraq; uirtuersa sunt in hoc uolumine ad plenum delineata. Postremo si cælitus descendit γάλα σεαυτόν, id est nosce te ipsum: Quis tam erit stolidus qui hoc exercitium diuinum, cœleste ac necessarium esse neget? Per hoc enim homo sui corporis compaginem intelligens, etiam in perfectam sui noticiam ducitur, inq; seipsum descendit. Deus qui est opifex omnium, Tuam nobis Majestatem diu seruet incolumem.

A M E N.

Tuæ Majestati semper mancipatissimus Thomas Geminus  
Lysiensis,

LONDINI: Quarto Calendas Octobres.  
ANNO 1545.